



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

XI. Confirmatio priuilegiorum ecclesiae Turonensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

XI.

EPISTOLA  
IOANNIS PAPÆ VIII.  
AD ADALARDVM ARCHIEPISCOPVM  
TYRONENSEM.

Confirmat priuilegia ecclesiæ Turonensi concessa.

*Reuerendissimo & sanctissimo Adalardo venerabili archiepiscopo  
Turonensi, successoribusque tuis, nec non & omnibus fidelibus  
sanctæ Dei ecclesiæ, præsentibus scilicet  
atque futuris.*

**D**ECET enim Romanam ecclesiam, quæ mater est om- Epiſt. cxxiii.  
nium Dei ecclesiarum, vt quanta viget dignitate præ-  
clara, eo magis conſiſtat in miſericordia pia: quatenus  
quæ digna poſtulantur a fidelibus, ſine mora cum pietate  
largiri mereantur a nobis. Omnium veſtrum religioſita-  
tem volumus ſcire fideliter, quoniam preſbyteri diœceſis  
Turonici pagi ad noſtrum acceſſerunt pontificium, fug-  
gerentes vt firmarem apoſtolica auctoritate illis & capi-  
tulare regum, & coepiſcoporum ſcriptum, vt debeat vna-  
quæque eccleſia proprium manſum habere cum mancipiis  
quatuor, vineas aripennos tres, prata ſimiliter, & cœme-  
terium cum manſionibus, ſine perſonali & ciuili munere  
exigendo, niſi diuino ſolummodo in eccleſiaſticis rebus  
obſequio, ſicuti Canonum priſca auctoritas & moderna  
concedit: vbi vero res nominatæ antiquitus condonatæ &  
moderno tempore abſtractæ eſſe videntur, pontificali au-  
thoritate & regali poteſtate ſine mora aliqua aut tarditate  
reſtituantur. Nos illorum precibus inclinati volumus, apo-  
ſtolicaque auctoritate expreſſe iubemus, vt præfata ſcri-  
pta, a noſtro pontificio delata, a coepiſcopis firmata, a re-  
gibus iuſſa, ſint rata & modis omnibus obſeruanda. Si quis  
huius apoſtolicæ cenſuræ temerario auſu violator extite-  
rit, ſi ſacerdos fuerit, proprio honore priuetur, & Chri-  
ſtianâ communionem caſſus anathematis vinculo innode-  
tur; ſi laicus, ſimiliter perpetua damnatione cum Iuda tra-  
ditore torqueatur: conſeruator vero perenni benediſtione  
apoſtolorum principum Petri & Pauli modis omnibus  
perfruatur.